MEDITATIONEM HERME

DE

ILLIS

QVI SVPER MO

BAPTIZATI LEG

I. CORINTH. XV, 2

Oder:

Von der Taufe über di

METHODO NAT

EXHIBET

IO. CASPARVS ST

IENAE, LITTERIS IO. FRIDE

A. O. R. M DCC XXX

ERMENEVTICAM

E

LIS

MORTVOS

LEGVNTVR

H. XV, 29.

er:

ber die Todten.

NATVRALI

BET

S STRECCIVS

FRIDERICI RITTERI,

CC XXXVI.

§. I.

SIGNIFICATVS verbi est idea, quæ cum eo connecti solet.

§. II.

Verba sæpius significatus admittunt varios: per experientiam.

SCHOLION.

Respicias velim in Græcis ad nomen κόσμος. Hoc enim vocabulum iam denotat totum vniuersum; iam complexum omnium hominum Ioh. III, 16. sqq. iam complexum impiorum et malorum Rom. XII, 2. Sed non adeo facile dixerim, hoc nomen signare etiam complexum piorum electorumque, vti alii putant. In lingua Hebræa adeo exempla sunt frequentia, vt supervacaneum sit aliqua adducere.

§. III.

Auctor sapiens nobiscum vult scripto mentem suam communicare. Cum autem de eadem re cogitationes eius non simul esse possint affirmatiuæ et negatiuæ, cogitationes ipsius erunt aut affirmatiuæ aut negatiuæ. E. aut affirmationem aut negationem alicuius rei nobis scripto indicat. Hanc affirmationem aut negationem vocabimus sensum. E. per sensum nobiscum communicat mentem suam.

§. IV.

Senſus conſiſtit aut in affirmatione aut negatione indicata §. 3. E. ſenſus eſt tantum vnus.

§. V.

Verbum varios admittit ſignificatus §. 2. E. etiam variæ ideæ cum eo poſſunt connecti. E. verbum ſignat res diuerſas.

§. VI.

Iudicium eſt repræſentatio conuenientiæ, vel disconuenientiæ duarum idearum. Propoſitio eſt iudicium verbis expreſſum: verba ſæpius ſunt ſigna incerta §. 5. Vnde ſæpius creantur propoſitiones incertæ.

§. VII.

Affirmatio eſt repræſentatio nexus prædicati cum ſubiecto: negatio eſt præſentatio diſcriminis inter ſubiectum et prædicatum, E. affirmatio et negatio ſunt ſpecies iudicii, et, ſi ſignis indicantur, propoſitionum E. affirmatio et negatio ſæpius ob verba incerta fiunt incertæ §. 6. ſenſus conſiſtit aut in affirmatione aut negatione indicata §: 3. E. ſenſus ſæpius ob verba ſignificatus admittentia varios fit incertus. §. 7.

§. VIII.

Hanc ob cauſſam determinetur ſignificatus in dato loco, vt ſenſus fiat certus neceſſe eſt §. 3.

§. IX.

Determinatio fit vel per vſum communem vel per definitionem verbi, per ideas adiunctas E. in ſenſu perſcrutando vel ad definitionem, vel ad ideas adiunctas, vel ad vſum communem eſt confugiendum.

§. X.

Finis eſt obiectum repræſentatum quod intenditur. Media ſunt ea, quæ continent rationem exiſtentiæ finis in ſe.

§. XI.

§. XI.

Sapientia eſt habitus formandi finem vltimum, et eligendi media ad finem perducentia. E. ſapiens non agit ſine fine; nec eligit media peruerſa.

§. XII.

Diiudicare rem nihil aliud eſt, quam conuenientiam vel disconuenientiam ipſius cum aliis ſibi repræſentare. Conf. §. 6.

§. XIII.

Eadem cauſſa non producit contrarios effectus. E. idem medium non proferet fines contrarios; per definit. cauſſ. et med. E. ad contrarios fines non ſufficit vnum idemque medium E. variante fine, varient media neceſſe eſt. E. ſecundum finem eligenda ſunt media. E. e fine diiudicanda ſunt media. conf. §. præc.

§. XIV.

Auctoris ſapientis finis eſt, nobiscum cogitationes ſuas communicare §. 3. media adhibet ſigna ſiue verba. E. adhibere debet commoda §. 11. verba ſignificatu communi accepta, aut alio modo determinata, ſunt commoda §. 9. E. Auctor ſapiens verba determinata adhibere debet.

§. XV.

Si auctor ſapiens adhibet verba ſine ſingulari determinatione, quæ nec in ideis adiunctis latet, et tamen determinate loqui debet §. 8. 14. aſſumenda ſunt in ſignificatu ſiue ex vſu linguæ, ſiue ex certo diſciplinarum genere communi §. 9.

§. XVI.

Interpretari eſt; mentem alterius de re aliqua ex ſignis diſtincte repræſentare. E. ideæ alterius, cum ſignis combinatæ, ſunt repræſentandæ. E. ſigna in eodem ſignificatu ſunt aſſumenda. conf. §. 1. auctor autem ſapiens, ſine determinatione ſingulari ſcribens, adhibet

 verba

verba significatu communi §. 15. E. etiam in eodem assumenda sunt in interpretatione.

§. XVII.

Positis hisce principiis conuerto me ad explicationem dicti Paullini 1 Cor. XV, 29. quod omnino laborare videtur difficultatibus non minimis. Vt igitur hasce euitem, applicabo principia praeposita.

§. XVIII.

Primo mihi inquirendum erit in scopum Apostoli, ex quo caetera diiudicanda sunt §. 12. 13. Scopus S. Apostoli in toto capite ex locis perspicuis elucet. Praecipue e versibus 12. 13. 14. 15. 23. immo ex ipso versu 29. ex his omnibus versibus euidentissime patet: S. Paullum esse probaturum, mortuos omnino esse resurrecturos. Vnde etiam haec verba explicanda veniunt, prouti scopo auctoris sunt conuenientissima §. 11. vt nimirum resurrectionem mortuorum adstruant.

§. XIX.

Nomen νεκρῶν, de quo hac loco mirum in modum disceptatur, varios significatus admittit, iam naturaliter mortuos Actor. XVII, 32. 1 Cor. XV, 35. iam spiritualiter mortuos Luc. IX, 60. Ephes. II, 1. Determinationem expressam, vti in aliis fere omnibus S. Script. locis, auctor sacer non addidit, E. respiciendum est ad ideas adiunctas §. 9. quae hoc loco sunt: baptizari: mortui suscitantur, et vers. praeced. et seqq. sed haec omnino significatum vocis νεκρῶν non satis determinant, quia Paullus hic nouum argumentum pro adstruenda mortuorum resurrectione adducit, quod eatenus quidem cum caeteris conuenit, quatenus ad eundem finem est directum, sed non ita determinatur per praecedentia. Vt sensus et neruus huius argumenti possit inde colligi, vnde clarum est, hoc nomen in significatu communi seu proprio assumendum esse §. 16.

§. XX.

§. XX.

Hæc omnia rite obſeruari crediderim, ſi verba hoc modo transferrem: in ſuper quid faciunt, qui baptizantur propter mortuos. Si omnino mortui non ſuſcitantur, quid igitur baptizantur propter mortuos h. e. quid faciunt, qui morte aliorum, inprimis Martyrum impelluntur, Phil. I, 14. vt ſe quoque baptizari ſinant, ſeu doctrinam chriſtianam aſſumant, Actor. X, 37. XIII, 24. XIX, 3. ſqq. ſi omnino mortui non ſuſcitantur, et ita poſt mortem neque malum neque bonum eſt. Quid igitur propter mortuos, in nihilum redactos, aſſumant doctrinam chriſtianam, ſeque eo ipſo in maximum mortis periculum conicіant.

SCHOLION I.

De hac re teſtimonium perhibet Caue *in ſeinem Buch, erſtes Chriſtenthum genannt,* part. I. cap. I. p. 4. *wo er den* Tertullianum *anführet, wenn er ſaget: daß ſie, nehmlich die Feinde der erſten Chriſten, durch eine iede ſcharfe That der Grauſamkeit nur andre noch mehr angereitzet hätten, zu denen Chriſten überzutretten; ie öfter ſie wären abgehauen und abgeſchnitten worden, ie geſchwinder hätten ſie auch wieder hervor gekäumt: maſſen das Blut der Chriſten den Acker der Kirche nur deſto fetter und fruchtbarer gemacht habe.*

SCHOLION II.

Ὑπὲρ ſæpius quoque propter ſignificare multa ſcripturarum ſacrarum loca euincunt, Rom. XV, 9. 2 Cor. V, 20. VII, 4. plura qui deſiderat, euoluat Ill. Hugonis Grotii librum inſcriptum: Defenſio fidei catholicæ, de ſatisfactione Chriſti pag. 4. §. 4. Quem mihi ad hunc locum tali modo explicandum facem prætuliſſe, profiteor lubentisſime.

§. XXI.

Paullus hic argumentatur per indirectum, vt Logici loquuntur, et ſententiam Corinthiorum, qui reſurrectio-

ſurrectionem mortuoru
ducit hoc modo: eſto,
ros, ſequitur, vt, illi, q
baptizari ſinant, ſint hom
ſiquidem fini ſibi propoſi
ſentur, ſeque ipſos ſum
Cum igitur hoc poſterius
ſit falſiſſimum, ſequitur,
rius neceſſario fluit, fal
oppoſita.

SCH

Paullum ſæpius hu
hibuiſſe apparet etiam v
difficiliorem explicaturu
Quare omni in periculo
rum non reſurgant.

§.

Multos viros cel. ho
bus doctiſſimis illuſtraſſe
recedunt a proprietate lit
Multis, ſuper mortuos,
per ſepulchris Martyrum
Sed ea ſententia recedit ſi
ficatu communi, quod fi
plicatio eo redit, Paullu
tum baptiſmi vicarii, vb
batur, quando ſcil. mors b
autem probari nequit, h
dam ante Marcionitas Se
omnis hæc ad inanes redi
non poteſt aſſum

❧ (

ortuorum negabant, ad absurdum de-
: esto, mortuos non esse resurrectu-
, illi, qui mortuis adducuntur, vt se
sint homines omnis rationis expertes;
i proposito, felicitati nimirum, aduer-
psos summum in exitium detrudant.
posterius, teste quotidiana experientia,
equitur, vt etiam prius, ex quo poste-
uit, falsum, sententia vero vera sit

SCHOLION.

pius hunc argumentandi modum ad-
etiam v. 19. Quid quod hunc locum
plicaturus subiecit v. 30. hæc verba:
periculo versamur? *Si mortui nimi-*
unt.

§. XXII.

s cel. hoc Paulli dictum explicationi-
llustrasse me non latet. Sed plerique
ietate litteræ nulla vrgente necessitate.
nortuos baptizari, idem esse, ac su-
artyrum baptizari, sententia placuit.
recedit sine ratione prægnante a signi-
, quod fieri nequit (§. 13.). Alia ex-
, Paullum respectum habuisse ad ri-
carii, vbi viuus pro mortuo baptiza-
l. mors baptismum interceperat; quia
equit, hanc consuetudinem detestan-
onitas Seculi XI. hæreticos inualuisse,
anes redit coniecturas sententia: ideo
est assumi, et pro vera haberi.

(***)